

ANGELUS DOMINI

In nōmine Patris et Filiī et Spīritūs Sāctī.
Amen.

Angelus Dominī nūntiāvit Marīæ.
Et concēpit dē Spīritū Sāctō.

*Avē Mariā, grātiā plēna, Dominus tēcum.
Benedicta tū in mulieribus,
et benedictus frūctus ventris tuī, Iēsūs.
Sāncta Mariā, Māter Deī,
ōrā prō nōbīs peccātōribus,
nunc et in hōrā mortis nostræ.
Amen.*

Ecce Ancilla Dominī.
Fiat mihi secundum Verbum tuum.

Avē Mariā...

Et Verbum carō factum est.
Et habitāvit in nōbīs.

Avē Mariā...

Ōrā prō nōbīs, Sāncta Deī Genetrīx.
Ut dignī efficiāmur prōmissiōnibus Chrīstī.

Ōrēmus: Grātiā tuā quæsumus, Domine, mentibus
nostrīs infunde; ut quī, Angelō nūntiante, Chrīstī Filiī tuī
Incarnātiōnem cōgnōvimus, per Passiōnem eius
et Crūcem, ad resurrēctiōnis glōriā perdūcāmur.
Per eundem Chrīstum Dominum nostrum.
Amen.

Glōria Patrī, et Filiō, et Spīrituī Sāctō.
Sicut erat in prīncipiō et nunc et semper,
et in sæcula sæculōrum. Amen.